

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Lachrymae In obitum ... Dn. Wilhelmi a Calheim dicti Lohausen/ Supremi
Vigiliarum Praefecti, ... Dn. Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani & Consiliarii
intimi ... Qui Pie placideq[ue] 30. Ianuarii Rostochii obdormivit, ibidemq[ue] 15.
Aprilis in aede Mariana honorifice sepultus**

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747412928>

Druck Freier  Zugang



41-24184 61




LACHRYMÆ
In obitum
ILLUSTRIS ET GENEROSIVIRI
DN. WILHELMI
a Calcheim dicti Lohausen /
Supremi Vigiliarum
Præfecti,
ILLUSTRISSMI. REVERENDISSMI
Cessissq; Principis ac Domini,
Dn. ADOLPHI FRIDERICI,
Ducis Megapolitani & Consiliarij inti-
mi, rerum bellicarum Directoris, & Præsidij
militaris ap. Rostochie ales Moderatoris

QVI
Pie placideq; 30. Januarij Rostochij obdormivit,
ibidemq; 15. Aprilis in æde Mariana honorifice
sepultus.

ANNO 1640.


Conscriptæ

à Reverend. & Clariss. Dominis Pro-
fessoribus ac Minist. Eccles.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M. D CXL.



Rmorum, Sophiæ ac Suadæ Pol-
lentia clarus,
Nestora Lohausen vivendo vince-
re dignus,
Ante diem eccecidit, Musæ, Mars,
Suadaq; luge.

O mortem diram, quæ tantis parcere donis
Nescit! in ignavos & turpia pondera terræ
Telum convertas. Tamen huic nil Morta nocebis,
Lohausi æternum vivit post funera virtus.

Johanes Quistorpius D.
& Th. Facult. Rost. Senior.



MAvortis valido, res est perrara, lacerto
Porigat ut placidas docta Minerva manus;
Hinc fit quod reliquis Tritonidos arte polita
Strenua mens palmam præfiguisse sciat:
Hæc quamvis linquas vitalis luminis auram;
Flore tamen stabili perpetuata viget:
Si magnis etiam meritis monumenta Lohaus
Mars simul & Pallas, viva subinde struunt.

Heinrich Schuckman J. D. & Cod.,
in Academia Rostochiensi Professor.

Arma.

ARMA, Virumq; canam, sed paucis Occidit, eheu!
Magnanimus, fortis, generosus, strenuus, armis,
Doctrinâq; potens, probus, & laudabilis Heros.

Lædere quem potuit, sed non collidere sæva,
Tempestas belli, quem nunquam terruit ensis
Hosticus, hunc lethi vis funere mergit acerbo.

Plangite Varniades, pullatæ plangite Musæ,
Plangito Rostochium, calamo tibi sæpius, ore
Sæpius, ac animi fraudes spernentis, & hastas,
Præsidio gravitate fuit L O H A U S I U S, urna
Quem capit, atq; rapit Libitina severa. Periti

Militiæ lugete Duces, lugete phalanges :
Nam vestrum cecidit columen, flos, gloria, splendor.

Tu quoq; defuncti quæ tuta sub ægide stabas,
Pallas, quiq; soles lachrymas contemnere, Mavors,
Flete, dolete Viri casum, qui Nestoris annos
Vivere dignus erat : qui vos, vestræq; cohortes,
Sic Domino vitæ, mortisq; jubente, relinquit,
Conditur & mœsto monumento. Conditur, inquam,
Quà mortalis erat, non ultrâ. Fama superstes
Ipsius est, & erit semper: post funera virtus
Vivit, & æternum vivit, laudesq; manebunt,
Oceanns clausum dum fluctibus ambiet orbem,
Dum cœlum stellas, & Varnus volvet arenas,
Phœbe veni: Clio, Charites, Bellona, venite.,
Lugubresq; novo voces inscribite busto.
Scribite. Qui transis, sta paulum, cerne viator :

Vir jacet, arma jacent hic dormit Martis, & artis,
Virtutisq; decus parvo sub cespito magnum.
Uno multalegas verbo, L O H A U S I U S atrâ
Clauditur hic terra, tumulataq; membra quiescunt;
Ast totum nomen memorabile pervolat orbem

Hoc satis est, te nosse. Vale. Mundana valete.
Stat sua cuiq; dies : & tandem fata revelant,
Quantula sint hominum corpuscula, quamq; caducæ
Sint res humanæ. Firmum nihil Unica virtus,
Et pietas immota manet. Mundana valete.

Henricus Xahne / J. D. & Prof.



De obitu pacato & beato
Illustris, Generosi, & Magnifici Dn.

Dn. W I L H E L M I à Kälcheim/
dicti Lohaußen / Generalis, dum fata sinebant,
Excubiarum Præfecti, & Consiliarii Megapolitani intimi, Rosto-
chienst Commendatoris supremi, Herois & Arte
& Marte præcellentissimi,

I N duperator erat, nunc est, cum stercore, pulvis,
Tām citò terrigenas Parca sinistra rapit.
Sicne jacebit humi ? rursus cum carne resurget,
Quando ? Sub extremi temporaj judicij.
Interea secura mali, secura laborum,
Ipsius amœno membra sopore cubent,

Authore

Theodoro Varmejer
J. U. D.

T Antus quando cadis Vir & Arte & Marte ce-
lebris,

O C A L C H E I M I A D U M gloria magna Domus !
Quis

Quis siccis potis est oculis tua fata tueri?
Sit nisi democitus, sit nisi mentis inops
Sed quid proficimus stendo? Divina voluntas,
Rebus ut in cunctis h̄ic sua regna terit,
Cui quodcunq; placet, nostrum est quo; velle,
probare,
Respectu nostri seu bona, seu mala sint.
Interea grator tibi Vir fortissime, l̄atis
Tristia quod mutas, & mala dura bonis.

Condolentiae ergo.

JOHAN GETEL J.D.


Olim qui Latio Sallustius ore locutus,
Et nunc Teuonicos accentus addere gaudet
(Herois magni studio dulci, atq; labore)
Corporis an animi vires potius sibi poscat
Ambiguo eventu varium & mutabile bellum,
Quarit, & evincit, geminis quod cruribus hisce
Ritatur, fausto certandum Marte duellum,
Consilio tacito, & multum fulgentibus armis,
Hoc quoniam norat, (nec enim desreta Salusti
Ignorare sui poterat) longe inclytus Heros,
L O H U S I N S , nostrum decus & spes magna salutis,
Nunc desiderium magnum. Juvenilibus annis
Sic tractanda sibi sensit primordia Belli
Non animi virtute minus quam Robore dextre
Unus ut anie iret multos; ad utrumq; paratus
(Aut brachio & ferro, que Mavors arma cruentus
Aut ore & calamo quæ laudat provida Pallas)

A 3

Re

Res agere; Hinc quantis animis tendebat in hostem?
Quam penetrante animos accendere voce Tyronum,
Quam docte norat dare vultum & pondera dictis.
Quam ductore illo, quam immoto pes pede stabat,
O quoties niveis plaudens victoria pennis
Arrisit tanta virtuti & fortibus ausis
Cum toties tegerent prostrata cadaver a campos,
Vel fuso vinci jam nescia sanguine castra
Expugnarentur verbis calalamig liquore.
Quare nunc merito versa Mars cuspidे luget
Nobiscum, luget pullata Gorgone Pallas
Heroa insignem, cuius, sine funere quovis
Florebunt avo, vel in ipso funere Laudes.

Debitæ condolentiæ
attestandi ergo

D. JOACHIMUS Stockmann
Phys. Profess.



Dixi (non revoco) patriæ TE MAGNE LOHAUSI
Nostræ concessum divinitus: Ore canino
Quid contra latras, Lepus insultauit leoni
Defuncto? nescin, similes HUIC, NUMINA, dici
COELO DELAPSOS HEROAS, SEMIDEOSq.
Tu, quoties belli concussit mœnia nostra
Terror, eras hosti terror, cui nomine solo
Cui lingua calamoq; dabas non ense pudorem
Heu dolor eruptum Te nobis! Tristor apertas
Dum videor, probas, sublato vecte videre.

Honorî supremo l. m. q. p.

M. Elias Taddel pastor
Petrinus Rostochiensium.

EPICE.

EPICEDIUM
in Fata suprema ac deplorata
Viri Magnifici, Generosi, ac Nobilissimi,
DN. GUILIELMI à CALCHEIM
alias LOHAUSEN Generalis Majoris, Rebusq;
bellicis, dum fata sinebant, in Urbe Rostochiensi Præfecti
vigilantissimi ac optime meriti.

Spicā quem lectā nuper tibi Musa Patronum,
Quærere gestibas, heu! modò Morte cadit!
Delicium Phæbi, Martisq; LOHAUSIUS eheu!
Delicium Noctis fit, Lachesisq; tuum;
Qui Generalis erat Major, specialis ut olim
Intrauit, minimo par quoq; rursus abit:
Imperiusq; regens Populus hucusq; severis,
Imperium patitur Morta severa tuum:
Urbi Rostochio quo non vigilantior alter
Præfetus, Somno nunc, tenebrisq; datur:
Qui rebus gestis notus super arbera, Phæbi
Ignotæ similis nunc Necis antra petit:
Quo moderante stetit Res Urbis publica, privus
Nunc agit in tumulis, ac sine mente jacet.
Eheu! quod rerum tam sit variabilis ordo!
In se quas Mundi circulus hujus habet!
Qui rexit regitur; qui duxit ducitar; & qui
Vixit adhuc, metitur mox scilice Necis.
Quas quia LOHAUSI sortes expertus iniquas,
Quis nollet vestram non doluisse vicem?
Imò quis nostrum proprio non nomine vestram
Vellet tam subitum flere, dolere, Necem?
Tu nostro damno consortia deseris hujus
Urbis, adhuc vestra dantis, egenis ope;

78

Tu peris ingenii lucu non absq; ROSETI,
Sinum cristiæ quod modo Pula tegit,
Quod desiderio vestri, sua brachia rendit,
Ora replet Lacrymis, corda dolore coquit:
Et merito; sit enim Capitis tam prorsus amici
Quæ desiderio Meta puderq; pio?
Tu DEUS, hanc Urbem spoliæ qui Præside tanto,
Quæsumus Huic alium substituisse velis.
Imò tu summus nostra sis Præses in Urbe,
Et nos auxilio, Consilioq; juves,
Ut procul à Martis feritate minisq; remoti,
In servire tibi PACE queamus Amen.

L. M. Q.

Cum lacrymis voluit condere tale p̄ys.

M. Johannes Stein Rostoch,
Pastor Nicolait. idib.



B Ellica, si novit quisquam docte EXPERIMENTA,
Hic, HEROS magnus nomine req; fuit.
NE STOREOS fuerat dignus qui viveret, annos,
Qui bellare hostes CALLUIT arte SUOS.
Hinc TIBI BRAEION magnum debetur, at
HEROS
PRÆMIA quid queris? COELICA vita datur.

Faciebat

M. David Tunderus
Minister Verbi ad D. M.

Nunc



Nunc tristes Musa Elegos, nunc tristia funde
Carmina, mæroris debita signa p̄ij.
Atra dies, dolor heu! piceo notanda lapillo,
Quo cecidit nostri gloria magna soli,
Strenuus & vigilans fidus LOH AUSI S Heros,
Afflictæ nobis qui anxia sp̄es patriæ,
Quem genus & pietas & virtus ore diserto
Commendatq; novis dona stupendamodis.
Qui caput & columnen, qui nostræ militis, urbis,
Exemplum vivum cumq; stupore fuit.
Ordinis en sancti fa. itor Vere atq; Lycæi
Occubuit facies dum truculenta manet.
Alme Deus clemens nostris tu parcito nævis
Donato pacem imo patriæq; solo.

Condolentie ergo apposuit
M. Matthias vom Lohe
templi Cathari Pastor Rostoch.



Dfuncti curto manes epigrammate macto;
Nam, non vatificicâ sum generatus humo.
Hoc tibi, LOHAUSI Mavors Phæbusq; dedere
Ut sis in media morte superstes humi.

M. Johannes Käntzler/
Diacon. ad D. Petr.

B

Flebile

Flebile fumus agis, Lohausi, ast nobile fenum,
In cœlo precium qui pietatis habes.
Nectua laus, virtus, probitas, memori excidit ævo,
Debita post obitum fama superstes erit.

F.

M. Rembertus Sandhagen
ad D. Nicol. Diac.

Heu! Rosa Baltica nunc lugendo contrahe
frontem
Cedidit heu! spinis mensa corona nigris
HEROS à LOHAUSN; quem funere mergit
acerbo
Atropos! Urbis spem Pæsidijq; decus!

M. Johannaas Halberding.
Prediger jum H. Geist.

Corporis ut pompam tibi Mens Generosa negabas,
Partem hominis corpus spernendum non sine
causa
Monstras. Cælestis pompa est, animæq; triumphus,
Quo lætari, lætitiae veræ esse putabes.
Ergo triumphanti Genio, cælisq; beato
Applando. Euge anima pietas! gaudie, Euge! triumpha.
Nunc frueris Domino, vivisq; æternus in ipso
O Generose Pater. Mens ô Generosa triumpho
Gaudie perpetuo. Pia mens, mens blanda, triumpha

Wern

Wenn ihr nicht erragen sollet die Krohn der Herrlichkeit
So hat kein Lohn bey Gott die fromm' Auffrichtigkeit.

Plura meruisti Heros iu urbe desideratissime,
in aēli gratissime. pauca solvo

M. Joachimus Lütkenmann

Pomeranus, ad Div. Jacob,
Archidiaconus

Si quam nostra viros etas Heroa recenset
Inter magnificos, si quem dginata favore
Artibus ac armis gaudens celsissima Pallas,
Ille erit extreum cui nunc largitur honorem
Funeris attrata Republica nostra catervâ
Ecquis erit dubiam Generoso reddere palmam.
Qui queat Heroi huic, Mecenatig verendo &
Assurgat quisquis veri qui censor & equi,
Non secus is dicet quam cuncta hac consona vero.
Sic urbs, sic regnum, sic judicat integer orbis.
Illiis in laudes qui gestit abire, juberem:
Insimul hunc Clario bene tingere labra liquore,
Ne vatem poscunt Herorum gesta; silendo
Mirari tacite præstat qua singula quivis
Non merito (quod fas) valet ex aquare decore.
Non tamen incerea cessabit fama perenni
Insignem virtute Virum, meritisq; virentem
Elogio decorare: Dabit præconia vir tus.
O ars infelix, Mars infelicit, ingens
Mors vestrum condee sidus! lugete Patronum
Pierides, decus extinctum Republica luge.
Rostochio perire Generosus & Inclitus Heros.

Cum luctu app.

Johannes Corfinius,

Ad D. Jac. ad. Diac.

Quis vel verticibus pōtis est depingere summis
Summa virtutes, Vir Generose, tuas?
Te commendabant Pietas, Prudentia quicquid
Imò solet magnos tollere ad astra Viros.
Hec, hæc tanta tuæ rapiuntur munera mentis
Tecum, dum moriens sidera summa petis.
O horum si nunc aliquis succederet hæres!
Acquâ vellemus mente levare malum.
Ast optare licet, quod vix sperare licebit:
Jacturam tantum fieri gemendo licet.
Interea tibi gratiamur, quem gloria cœli
Excipit, & nunquam demoritus honos.


M. Samuel Müller
Neo-Ruppino-March.






Mortem cum Codro spernit qui Martius her
 Nam Mars pro meritis digna trophya
 Inclitus in magno quis erit si Palladis arce
 Socrate cum magno morte perire volet
 Lauriger ille suos mactat mox laudibus aquis
 Post mortem primò digna brabaa refert.
Quis TE, pro meritis sat dignè Magne LOHN
 Laudabit, carus Martis & Artis amor.
Pone trophya TUO Ralcheim / Mars inclyte, p
 Laurum concedat Phæbus Apollo SUO
 Tam generosum animum lachrymis deflere Cha
 Legibus inhibuit, Gloria TE decoret.

F.
Fran



Magne Heros, si quis fueris, dum vi
 Mente mea reputo, tacitisq; exami
 Quid prohibet, tua quin torrenti facta ti
 Assimilem vitæ cursum? non ille moratu
 Nec vastos scopulos, nec saxa objecta ru
 Velle quidem visa est fortuna relinquere
 Quis Tua se virtus, famâ celebrante, fe
 Nec tamen obtinuit. Tu contra fortior il
 Clade ipsâ major. Nunc non indignus.
 In patrium rursus migras, Dux inclute co
 Hic Tibi promerita cinguntur tempora

Casper
St.



the scale towards document